

Universitätsbibliothek Wuppertal

Artivm scriptores minores

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1923

Aspri Ars

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1978)

ablativo respondeas; si adhuc velis ire, accusativo. abunde dictum sit de praepositionibus. nam cetera in artibus habemus plenissime dicta.

ASPRI GRAMMATICI ARS

p. 309 L.

p. 1725 P.

- 5 Ars est comprehensio praeceptorum ad utilitatem usui accommodata per artificis sui exercitationem, medendi, ut medici, declamandi, ut rhetoris, legendi, ut grammatici. grammatica est scientia recte scribendi et enunciandi interpretandique poetas per historiam * formatam ad usum rationemque verborum, quam Terentius [et] Varro primum ut adhuc rudem
10 appellatam esse dicit litteraturam.

DE LITTERA

- Littera est minima pars vocis explanatae. sunt autem, ut etiam ratiocinatorum usu receptum est, litterae latino sermoni accommodatae una et viginti, quibus Graecorum accedunt duae, z et y. nam Mezentium et
15 Hylam et alia nobis peregrina nomina scribere et enunciare proprio sono non possumus. litterarum aliae vocales sunt, aliae consonantes: vocales quinque, a e i o u: consonantium aliae semivocales, septem f l m n r s

2 nam] iam *V* habemus in artibus plenissime dicta. Rhemii Palaemonis Grammatici libello FINIS §

V codex Vaticanus 1491

G codex Gothanus 117

§ editio Ascensiana Parisiis a. 1516

3 INCIPIT ARS ASPRI GRAMMATICI *G* AEMILIVS ASPER *V* Aspri maioris ars more vetustissimo incipit *codex Vaticanus bibliothecae Reginae* 1818 ARS ASPRI IVNIORIS GRAMMATICI § 6 declamandi ut rhetores *G* delarandi et oris *V* 7 grammatica] *Max. Victor.* p. 1937 *Mar. Victor.* p. 2450 et enunciandi *codex Vaticanus* 1492 *Regin.* 1818 et nunciandi *G* et nuntiandi *V* pronunciandi § 8 interpretandique poetas (poematae *G*) per historiam formatam ad usum rationemque verborum *G* interpretandique rationemque verborum *V* et *codex Vaticanus* 1492 interpretandique rationem verborum *codex Regin.* 1818. lacunam indicavit *Lehrstus Herod. script. tria* p. 389. cf. *Mar. Victor.* p. 2451 ut Aristoni placet grammaticae est scientia poetas et historicos intellegere formam praecipue loquendi ad rationem et consuetudinem dirigens formata *Lindemannus* 9 Terentius etiam Varro § Terentius varro *codex Regin.* 1818. *Varronis definitionem tradiderunt Marius Victorinus l. c. Augustinus de ord.* II 12, 35 sq. *Isidorus* I 3, 1: cf. *Wilmanns. de Varr. lib. gramm.* p. 99 ut om. *cod. Regin.* 1818 10 dicit] dicunt *G* litterationem coniecit *Wilmannius l. c.* 11 DE LITTERA sicut reliquas inscriptiones om. *V* 12 explanatae *G*: et ideo a plerisque explanata, a non nullis intellegibilis dicitur *Mar. Vict.* p. 2451 rationatorum *V* ratiocinatorum §. primordia grammaticae artis litterae communes existunt, quas librarii et calculatores secuntur *Isid.* I 3, 1 13 sermone *V G* 15 et pronuntiare *V*

x, *aliae* mutae, novem h c d g h k p q t. item h in earum numerum redigitur, quando non aspirationis, sed litterae loco ponitur. littera tribus modis intelligitur, nomine quo enunciat, potestate qua valet, figura qua scribitur et, ut alii, ordine quo constat.

DE SYLLABA

5

Syllaba est litterarum inter se coeuntium una iunctura vel enunciatio litterarum cum adiectione temporis. syllaba autem sine vocali littera vel litteris non potest fieri. syllabarum aliae longae, aliae breves. longae aut natura fiunt aut positione et habent bina tempora. natura duobus modis intelligitur, cum vocalis || per se longa est, aut cum vocales duae inter se iunctae producuntur, ut ae. positione longae syllabae fiunt modis octo: primo modo, quoties desinit in consonantem et excipitur ab altera consonante, ut 'arma virumque cano'. ar enim natura brevis est, tamen positione fit longa, quia desinit in consonantem r et excipitur a consonante m: ita arma vi dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus. secundo modo fit longa syllaba, quoties desinit in duas consonantes, ut 'ast ego, quae divum incedo regina Iovisque'. ast enim positione longa est, quia desinit in s et t ambas consonantes. tertio modo longa syllaba est positione, quoties excipitur a duabus consonantibus, ut 'Atrides Proti'; nam etsi a correpta est, tamen positione fit longa, quia sequuntur t et r: quarto modo, quoties desinit syllaba in duplicem litteram, ut 'ex illo celebratus honor': quinto, quoties syllaba excipitur a duplici littera, ut 'exulibusne datur ducenda Lavinia Teueris': sexto, quoties excipitur a vocali consonantis loco posita, ut 'at vero ingentem quatiens Mezentius hastam': septimo, quoties desinit syllaba in vocalem loco consonantis positam et excipitur a consonante, ut 'audieras et fama fuit': octavo modo, quoties syllaba excipitur a vocali consonantis loco posita, ut 'Troiaque nunc stares Priamique arx alta maneres'. breves sunt syllabae, quae vocali correpta efferuntur et habent tempora singula.

30

DE PEDIBUS

Pedes simplices sunt duodecim: bisyllabi, hoc est binarum syllabarum, quatuor, || pariambus spondeus iambus trochaeus. trisyllabi, hoc est ternarum syllabarum, octo, anapaestus dactylus brachysyllabus molossus.

1 aliae ante mutae om. VG 5 novem] VIII 5 h priore loco om. G numero V 2 regitur VG 4 et ut alii ordine quo constat V ut alii et ordine constat G, om. 5 6 enunciatio litterae vocalis (tum add. G) adiunctione temporis G 9 fiunt] sunt 5 10 intelligitur cuius vocalis per se longa est aut cum vocales inter se iunctae producuntur G intelligitur aut cum vocalis per se longa est aut cum vocalis vocali inter se iunctae producunt 5 intelligitur cum vocales inter se producuntur V 13 ar enim syllaba positione fit longa 5 natura] cum G 14 r excipitur V 15 ita et arma G 5 17 ast] Verg. Aen. I 46 regina Iovisque om. G 5 18 positione est V 20 Atrides] Verg. Aen. XI 262 Proti om. V 5 nam si VG 22 ex illo] Verg. Aen. VIII 268 honos 5 23 exulibusne] Verg. Aen. VII 359 24 laevina G Teueris om. VG 25 at vero] Verg. Aen. X 762 quatiens] quotiens VG 26 et om. G 27 audieras] Verg. bucol. 9, 11 28 syllaba a vocali excipitur consonantis loco posita 5 excipitur syllaba a vocali composita V syllaba a vocali loco posita G Troiaque] Verg. Aen. II 56 29 maneret G 33 pariambus] pyrrichius 5 spondius V trochius V 34 trinarum G

p. 310 11 L.

p. 1727. 28 P.

sus amphibrachus creticus bacchius palimbacchius. pariambus constat ex duabus brevibus et est minimus solusque duo habet tempora, ut est homo. huic contrarius est spondeus, qui constat ex duabus longis et habet tempora quatuor, ut moles. iambus constat ex brevi et longa temporum trium, ut apes. huic contrarius est trochaeus, qui constat ex longa et brevi temporum trium, ut acer. anapaestus constat ex duabus brevibus et longa temporum quatuor, ut aries. huic contrarius est dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus temporum quatuor, ut caelifer. brachysyllabus, quem quidam tribrachum vocant, [qui] constat ex tribus brevibus temporum trium, ut iaculum. huic contrarius est molossus, qui constat ex tribus longis et est de simplicibus pedibus maximus temporum sex, ut Aeneas. amphibrachus constat ex brevi et longa et brevi temporum quatuor, ut amicus. huic contrarius est creticus, quem et amphimacrum appellant, qui constat ex longa et brevi et longa temporum quinque, ut alipes. bacchius constat ex duabus longis et brevi | temporum quinque, ut saetosus. huic contrarius est palimbacchius, qui constat ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut Achates.

DE PARTIBVS ORATIONIS

Partes orationis sunt octo, nomen pronomen verbum adverbium partiticipium coniunctio praepositio interiectio.

DE NOMINE

Nomen est pars orationis qua res quaeque appellatur, sive est animalis, ut homo Cato, sive inanimalis, ut arbor || lapis, sive etiam incorporalis, ut perfidia clementia. nomini accidunt quinque, qualitas genus numerus figura casus. qualitas nominum bipertita est: aut enim propria sunt nomina aut appellativa. propriorum alia praenomina dicuntur, ut Caius Marcus, alia gentilia, ut Iulius Porcius, alia cognomina, ut Caesar Cato, alia agnomina, ut Numidicus Germanicus. sunt et unica, ut Romulus, et bina, ut Paris Alexander, et quae omnia unius sunt, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. appellativorum alia animalia dicuntur, ut homines, alia inanimalia, ut arbor lapis, alia incorporalia, ut sapientia prudentia; alia gentem significant, ut Gallus Graecus, alia numerum, ut duo tres, alia ordinem, ut secundus tertius; alia sunt primae positionis, ut ager capra, alia derivativa, ut agrarius caprarius, alia diminutiva, ut catulus catellus, alia ad aliquid, ut pater mater, alia qualitatis, ut sapiens doctus, alia quantitatis, ut longus latus. in quibus duobus frequentissime comparatio et superlatio spectatur. est enim absolutum, ut doctus longus, comparativum, ut doctior longior, superlativum, ut doctissimus longissimus. genera nominum sunt quinque, masculinum, ut hic Cato, femininum, ut haec Porcia, neutrum, ut hoc scamnum, commune aut

1 pariambus] pyrrhichius § 2 et] ut G 5 apes] uapes V 6 acer] uenter § 8 temporum quatuor om. VG 9 quidem G 10 ut aculum V 12 temporum quatuor om. VG 15 alipes] insulae § 16 saetosus V Romanus § 17 Achates FINIT. Partes G 20 praepositio om. § 22 qua res § que (corr. qua V) res VG 24 accedunt constanter VG sex quinque qualitas comparatio genus V 27 ut C. marcus G ut C. Marius V ut C. Caius M. Marcus § 28 ut Romulus om. V: Romulus om. G 35 catellus] catillus § 36 duo frequentissime V duo frequentissima G § 37 et] est V expectatur G § expectator V 38 superlatius V 40 haec Porcia § haec porta VG

duobus generibus, ut hic et haec fortis, aut tribus, ut hic et haec et hoc elegans, promiscuum, in quo aut masculina sunt semper, ut corvus turdus, aut semper feminina, ut aquila cornix. numeri accidunt duo, singularis, ut hic Cato, pluralis, ut hi Catones, || communis, ut dies nubes. sunt quaedam nomina semper singularia, ut aurum oleum, quaedam semper pluralia, ut Puteoli Saturnalia; alia forma singularia, sed vi pluralia, ut populus exercitus, aut contra forma pluralia, sed vi singularia, ut idus nonae. figura nominum duplex est: aut enim simplicia sunt nomina, ut probus, aut composita, ut improbus. componuntur autem nomina modis quatuor: aut enim integra corruptis iunguntur, ut insulsus, aut corrupta integris, ut armiger, aut integra integris, ut inpotens, aut corrupta integris, ut armipotens. casus nominum sunt sex, nominativus, ut hic Cato, genitivus, ut huius Catonis, dativus, ut huic Catoni, accusativus, ut hunc Catonem, vocativus, ut o Cato, ablativus, ut ab hoc Catone. addunt et septimum casum, veluti cum dicimus nos 'terra vel mari vectos',¹⁵ qui speciem ablativi habet, nec tamen est. ipse enim aliquoties per accusativum liquidius explicatur, non utique 'terra vel mari vectos', sed 'per terram vel mare vectos'. ex hoc sensu est 'multum ille et terris iactatus et alto'. sunt quaedam nomina quae non flectuntur in varios casus declinata, sed una appellatione per omnes articulos efferuntur,²⁰ ut frugi nequam, quae Graeci monoptota appellant. sunt quae declinationem omnino in quosdam casus non recipiunt, ut fas nefas tantum per nominativum et sponte tantum per ablativum in usu habentur.

DE PRONOMINE

Pronomen est pars orationis quae idem quod nomen, sed minus²⁵ plene || significat. pronomini accidunt qualitas significatio positio genus numerus ordo figura persona casus. qualitas est, quia sunt aut infinita pronomina, ut quis, aut finita, ut ipse. significatio pronominum in octo partes divisa est: aut enim personam significant, ut quis quae, aut rem, ut hoc istud, aut gentem, ut cuius nostras, aut numerum, ut quot tot,³⁰ aut ordinem, ut quotus totus, aut qualitatem, ut qualis talis, aut quantitatem, ut quantus tantus, aut ad aliquid; quorum quaedam aut utraque singularia sunt, ut meus tuus, aut utraque pluralia, ut nostri vestri, aut extrinsecus singularia, ut noster vester, aut intrinsecus pluralia, ut mei tui. positio est, qua spectatur, utrum interrogativa sint pronomina, ut quis uter, aut responsiva, ut hic iste, aut segregativa, ut quisquis uterque, aut privativa, ut nequis neuter nemo nihil. numerus pronomini accidit singularis, ut ego quis, pluralis, ut nos quanti, communis, ut quae quanta. numerus apud Graecos propter dualem numerum motus habet novem, in sermone nostro quatuor: aut enim unum unius significamus,⁴⁰ ut meus tuus, aut multos multorum, ut nostri vestri, aut unum

1 ut hic et haec sacerdos aut tribus generibus §, om. G 3 aquila] aliqua V
7 aut contra] alia contra § sed om. § 15 nos terram vel mare VG uectus
G 16 per accusativum aliquid ius explicat G 17 mari] mare VG 18 per
terram mare VG uectus G multum] Verg. Aen. 1 3 23 habent VG habetur
§ 32 aut ad aliquid ut quorum quaedam V aut aliquid ut quorum quidam G aut
ad aliquid ut quidam quaedam § 33 ut nostri — singularia om. G 35 qua ex-
pectatur V 36 responsa V segatiua V 39 motos V modos § 40
in sermo nostro corr. in nostro V aut enim unius numerum significamus § aut enim
unius significamus VG

p. 312. 13 L.

p. 1730. 31 P.

multorum, ut noster vester, aut multos unius, ut mei tui. ordo accedit pronomini-
bus: nam aut praepositiva sunt pronomina, ut quis quantus, aut subiunctiva, ut is tantus. figura pronominum duplex est: aut simplicia sunt pronomina, ut ego tu, aut composita, ut egomet tumet. persona, prima, ut me mihi, secunda, ut te tibi, tertia, ut se sibi. persona finitis tantum pronomini-
bus accedit, infinitis numquam. casus sunt sex, nominativus, ut quantus, genitivus, ut quanti, dativus, ut quanto, accusativus, ut quantum, ablativus, ut quanto: vocativus rarus est, sed tamen invenitur ab eo quod est meus o meus.

DE VERBO

Verbum est pars orationis actum aut passivitatem cum tempore et || persona significans. verbo accidunt qualitas significatio numerus figura tempus persona coniugatio. qualitates sunt quinque, finita, ut lego, imperativa, ut lege, optativa, ut utinam legerem, adiunctiva, ut cum legam, infinitiva, ut legere. significationes sunt quinque, activa, ut lego; passiva, ut legor; neutra, quae habet speciem activae, sed non habet vim, quia non habet passivitatem, ut curro; deponens, quae habet speciem passivae, sed non habet vim, quia non habet activitatem, ut suspicor; communis, quae et agendi et patiendi pariter obtinet interpretationem, ut consolor illum et consolor ab illo. numeri duo, singularis, ut lego, pluralis, ut legimus. figurae sunt septem, simplex, ut lego, composita, ut relego, inchoativa, ut calesco, frequentativa, ut lectito, desiderativa, ut dormito, impersonalis, ut piget taedet, et alterius formae, ut statur, paragona, ut facesso lacesso capesso. tempora sunt tria, praesens, ut lego, praeteritum, ut legi, futurum, ut legam. praeteriti gradus sunt tres, imperfectus, ut legebam, perfectus, ut legi, plusquamperfectus, ut legeram. [futures gradus sunt duo, perfectus, ut legam, plusquamperfectus, ut legero.] personae sunt tres, prima, ut lego, secunda, ut legis, tertia, ut legit. coniugationes sunt quatuor, prima, si quando verbum finita qualitate singulari numero praesenti tempore secunda persona per a et s litteras enunciat, ut laudas; secunda, cum idem verbum e et s litteris terminatur, ut sedes; tertia, cum idem verbum i et s litteris exit, ut curris, aut producta, ut venis; quarta, cum alio quolibet modo verbum effertur, ut odisti meministi.

DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis quae verbi vim explicat, ut scribo bene. adverbio accedit significatio positio figura qualitas quantitas. significatio est in adverbis, cum spectamus quid significant. nam aut locum osten-

1 ut mei tui sui G 5 me] mei VG 7 ut tantus etc. V 11 aut] et VG
12 verbo accidunt qualitas significatio om. V 14 optativa utinam legerem VG
adiunctiva cum legam VG 15 infinita G 22 inchoativa G desiderativa]
desiderii significativa V 25 praeteritum rursus dividitur in praeteritum imperfectum
ut legebam, plusquamperfectum ut legeram G imperfectum — perfectum — plus-
quamperfectum — perfectum — plusquamperfectum G 27 futuri — legero om. VS,
add. G 29 finitiva qualitate G 31 secunda cum per eundem verbum e et s
litteris V secunda cum per eundem verbum in e et s litteras G secunda cum per
eadem verbum in e et s litteras Lindemannus 32 verbum in i et s VG verbum et
i et s G 33 aut] et G aliquolibet VS 36 verbi vim] verbum V 38 cum
expectamus VS significet VG significetur G

dunt || aut tempus aut numerum aut ordinem. locum significantia adverbium aut in loco sunt, ut intus, aut ad locum, ut intro, aut per locum, ut hac, aut e loco, ut hinc. tempora quae significant adverbium aut infinita sunt, ut | aliquando nuper iam alias iampridem quondam, aut finita, ut hodie cras perendie, aut in confuso finita, ut olim mox tandem saepe⁵ subito repente, aut perfecta in confuso, ut cotidie semper interea, aut sunt praesentia, ut cummaxime nunc. numerum significantia adverbium, ut semel bis ter, aut ordinem, ut iterum tertio quarto. sunt adverbium aut negandi, ut non, aut prohibendi, ut ne, aut promittendi, ut etiam quidni, aut demonstrandi, ut en ecce, aut optandi, ut utinam, aut inter-¹⁰ rogandi, ut cur quid quare nempe, aut similitudinis, ut ita perinde veluti ceu itidem quasi qualiter taliter, aut dubitandi, ut fortasse; aut personali-¹⁵ ter sunt, ut mecum tecum, aut electivae, ut potius, aut discretivae, ut seorsum, aut congregativae, ut una pariter simul, aut declinativae, ut funditus, ut quae his proxima sunt, ut meatim tuatim raptim sensim corneli-²⁰ atim tractim; aut sunt hortandi, ut heia, aut vocandi, ut heus, aut respondendi, ut heu; aut eventum significant, ut forte fortuito; aut ab animo sumuntur, ut sapienter docte, aut a corpore, ut valenter, aut extrinsecus, ut bene fortunate nobiliter; aut modum significant, ut satis largiter nimis parumper plene vaste. positio accedit adverbium, cum quae-²⁵ dam praepositiva sunt, ut qualiter, quaedam subiunctiva, ut taliter. figura adverbiorum duplex est: aut enim simplicia sunt adverbium, ut probe, aut composita, ut improbe. qualitas et quantitas accidunt adverbio, cum aut absoluta sunt adverbium, ut bene alte, aut comparativa, ut melius altius, aut superlativa, ut optime altissime.²⁵

DE PARTICIPIO

Participium est pars orationis partem || a nomine, partem a verbo capiens: a nomine genus et casum, a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram. participio accidunt sex, significationes tempus figura genus numerus casus. significationes sunt quinque, activa,³⁰ quae habet duo tempora, praesens et futurum, ut legens lecturus (nam semper caret praeterito); passiva, quae habet duo tempora, praeteritum et futurum, ut lectus legendus (nam praesens non habet); neutra, quae habet praesens et futurum, ut veniens venturus; deponens, quae habet tria tempora, praesens praeteritum et futurum, ut suspicans suspicatus³⁵ suspicaturus; communis, quae habet tempora quatuor, praesens praeteritum et duplex futurum, ut consolans consolatus consolaturus consolandus. tempora participiis accidunt tria, praesens, ut legens, praeteritum, ut lectus, futurum, ut lecturus et legendus. animadvertendum autem de

5 hodie aut cras V hodie nunc cras & 6 quotidie V 7 numeros significantia V aut numerum significantia & numerum significant Lindemannus 8 sunt adverbium etiam negandi, ut non haud, prohibendi & 10 quidni ut uti aut monstrandi V 12 qualiter aliter aut dubitandi G qualiter et aliter et dubitandi & qualiter aut dubitandi V 14 seorsum et congregativae & declinativae] declarativae V 15 raptim sensim] raptim sentim V corneliatim] tornatim & fortasse contemptim vel centuriatim 17 aut enim eventum VG 18 sumitur G & 20 accedit (accedit VG) in adverbium VG & 22 aut composita ut improbe om. V 23 qualitas aut quantitas accedit V cum] quia G 24 altius superlativae VG & 28 significationem G & 33 nam praesentia V nam praesenti G 39 advertendum autem de temporibus et significationibus G advertendum autem temporibus est significationibus V

p. 314. 15 L.

p. 1733. 34 P.

temporibus est et significationibus participiorum, quod neque activa aut neutra praeterita nec passiva praesentia reperiuntur. figurae sunt duae, simplex, ut legens, composita, ut relegens. genera sunt quatuor, masculinum, | ut lectus, femininum, ut lecta, neutrum, ut lectum, commune, 5 ut legens. numeri sunt duo, singularis, ut legens, pluralis, ut legentes. casus sunt sex, nominativus, ut legens, genitivus, ut legentis, dativus, ut legenti, accusativus, ut legentem, vocativus, ut o legens, ablativus, ut a legente.

DE CONIUNCTIONE

10 Coniunctio est pars orationis copulans ordinansque sententiam. coniunctioni accidunt vis figura ordo. vis est, cum aut complectendi sunt coniunctiones, ut et que atque, aut disiungendi, ut vel nec aut neve ceterum, aut dubitandi, ut sive seu siquidem, aut repetendi, ut sed, aut ad aliquid, ut magis; aut rationales sunt, ut quia ideo propterea enim, 15 aut vincunt, ut immo, aut consentiunt, || ut etiam, aut comparant, ut tam, aut subiciunt sententiam, ut equidem enimvero, aut compellunt, ut saltem tamen videlicet, aut concludunt: quarum tres species sunt, relativae, ut quamquam-quamvis etsi, praelativae, ut si sin; sunt et mediae, hoc est quae et incohant sententiam et includunt, ut et atque, quas 20 generaliter complecti diximus: aut connexivae sunt coniunctiones, ut igitur ergo proinde itaque praesertim quatenus, aut rationativae, ut quoniam-quidem quandoquidem, aut supernexivae, ut similiter. nam omnes nominibus suis designari non possunt propter multitudinem generum aut subtilitatem discriminum, quibus aliae ab aliis differunt. sed ex his omnibus 25 has quas enumeravimus maxime usurpant. figura coniunctionum duplex est: nam aut simplices sunt, ut uti si, aut compositae, ut utinam siquidem. ordo coniunctionibus accidit, cum quasdam in principio ponere possumus, ut quamquam, quasdam non possumus, sed semper subicimus, ut que ve.

DE PRAEPOSITIONE

30 Praepositio est pars orationis quae praeposita aliis partibus orationis vim et significationem earum adjuvat. praepositiones sunt propemodum hae, a ab cum de di dis per prae in ex inter praeter propter apud penes trans ante sine erga ob subter am con e pro post circum. certus 35 vero numerus propter difficultatem discriminandorum ab adverbis et coniunctionibus significatum non potest comprehendere. indubitatae tamen praepositiones existimantur ablativi casus septem, a ab de pro ex cum prae. accusativo autem adnexae plerumque adverbiorum vim habent suntque omnino undecim, ad per ob post trans apud penes ante propter praeter

1 neque activa praeterita (neque add. & nec corr. aut, ut videtur, add. G) neutra nec passiva VG 2 reperiunt V recipiunt & 6 dativus — legente om. V 11 complectente coniunctiones V 12 neve] ue ne & 15 comparat G comparantur V 17 saltem V 18 etsi] sed VG sin om. VG 20 complectendi diximus Putschius aut connexi q: sunt praepositiones V 24 differuntur VG 25 enarravimus & usurpantur V coniunctionum V 28 sed] et G 32 vim nominis significationem earum V earum] eius G 33 cum] con VG de om. G 34 trans — 39 penes om. G subter an con & subter cum V 36 significatum V 38 accusativae autem adnexae V accusativi autem adnexae & 39 propter G prope V

p. 1734—36 P.

inter. utriusque casus sunt duae, in et sub. aliae praepositiones numquam ab aliis partibus separantur et non nisi verbis participiisque et adverbii participiorum || iunguntur: verbis sic, concurrat recurrit, participiis sic, concurrens, adverbii | sic, composite requisite disiecte constrictae. aliae omnino aliis partibus orationis carere non possunt, ut cum apud⁵ penes, neque aliis quam casibus iunguntur, id est nomini pronomini participio, ut cum Cicerone, cum illo, cum dilecto; apud Ciceronem, apud illum, apud dilectum; penes Ciceronem, penes illum, penes dilectum. conveniunt autem hae aut accusativis aut ablativis casibus. aliae separari aut iungi possunt, ut sub in ex. separantur hoc modo, sub monte, ex¹⁰ monte, in monte; || adiunguntur sic, subscribit inreperit excurrit.

DE INTERIECTIONE

Intertectio est pars orationis affectum animi significans, aut indignantis, ut he, aut timentis, ut hui, aut recordantis, ut hem, aut silentium iniungentis, ut ist, aut immutantis, ut attat, aut admirantis, ut papae,¹⁵ aut prohibentis, ut hah, aut conquirentis, ut ahah, aut gementis, ut voi vae, aut refectionis, ut evax, aut irridentis, ut bombax habo va.

1 inter] intra ς 2 et adverbii a participiorum *VG* 4 composite] concurrens *V*
 7 cum delecto ς cum electo *G* 8 apud dilectum *G* apud delectum ς , om. *V*
 penes delectum ς penes electum *G* 15 attat] at at *V* ς 16 hah] ah *G* ah ah ς
 conquirentis ς ahah] hah *G* ς 17 aut ridentis *G* va] uua *VG* ς